Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



aquas; Tu quinonuis uenire adaquas: qui fluis
in auribus tuis auras prophetarum uerbis suspen:
quomodo poteris ornatus esse indoctrina? ossatus
in actibus? Ornatus in moribus? sed ut omittamus
plurima; neque enim commendandi nunc
tempus est. sed aedificandi ecclesiam dei. Et pigriores
ac desidiosos auditores: exemplis sanctorum. & mysticis
explanationibus provocandi. secutae puerum
rebecca. uenit ad isaac; Secuta uenit sermone
prophetico. ecclesia uenit ad xpm; Ubi eum
inuenit: ad puteum inquit iuxtam deambulantem;
Nusquam recedit a puteis: nusquam desistit
ab aquis; Rebecca inuenit ad puteum: rursum
rebecca ad puteum inuenit isaac; Ibi primus eius
contemplatur aspectus: ibi desilit de camelis:
ibi a puero sibi demonstratum uidet isaac; Haec
putas solas referri de puteis: & iacob ad puteum
uenit. & ibi inuenit rachel: ibi innotescit ei
rachel bona oculis: & decore conspectu. Sed
& moyses: ad puteum inuenit sefforem filiam
reguhel; non dum mouetis: ut haec intelligatis
spiritaliter dici: aut puteum sicut semp contingere.
Ut patriarchae ad puteos ueniant. & ad aquas
coniugia sortiantur: Qui haec ita putat